DISCURSUS VIII

CONCEPTAM ERGA MISSÆ SACRIFICIUM DEVOTIONEM, VARIAS PROMERUISSE DE INIMICIS OBTENTAS VICTORIAS, NOSQUE ADVERSUS HOSTES INVISIBILES COMMUNIRE, EXEMPLIS QUIBUSDAM PROBATUR.

IDEA SERMONIS. — 1. Sanctissimum Missæ sacrificium præsentissimum confert auxilium contra hostes in conflictu. — 2. Cum angustiamur ab hostibus ad sacrificium Missæ confugiendum est. — 3. Panis subcineritius Gedeonis figura fuit panis Eucharistici per quem profligantur inimici.— 4. Variis exemplis probatur efficacia sacrificii Missæ in pugna contra hostes. Justinianus et Justinus imperatores contra Persas hoc experti fuerunt.—5. Etelredus Rex Angliæ contra Danos.— 6. Lotharius imperator contra Ruggierum Siciliæ Regem. Robertus Rex contra Scotos. Vladislaus Rex Poloniæ. —7. Dum quidam Hispanus belli Dux tempore incumbit audiendis Missis Angelus in specie ipsius pugnat contra hostes, illosque profligat. — 8. Obsessum castrum virtute sacrificii Missæ liberatur ab hostibus. — 9. SS. Missæ sacrificium etiam efficacissimum tutamen contra hostes invisibiles. — 10. Adducitur hujus figura ex Deuteronomio. Quidam nobilis virtute sacrificii Missæ liberatur a gravi et diuturna tentatione seipsum suspendi . Pag. 583

DISCURSUS IX.

VARIA CONSIDERANTUR BONA SPIRITUALIA ET TEMPORALIA, QUÆ EX DEVOTIONE MISSAM AUDIENDI IN HOMINES REDUNDANT.

IDEA SERMONIS. — 1. Sanctissimum Missæ sacrificium confert nobis abundantiam omnium bonorum spiritualium et temporalium. — 2. Enumerantur bona spiritualia sacrificii Missæ. Sacrum Altare est anticamera Regis Regum. — 3. Micæ quæ cadunt de mensa Eucharistica, sunt multa beneficia et gratiæ Dei. Qui moritur illa die qua Missam audivit, illi assistit Christus in mortis tempore. Angeli custodiunt illum qui in dies audit Missam. Anima e Purgatorio liberata gratias agit pro Missis pro se dictis. — 5. Missa etiam bonis temporalibus plurimum suffragatur. Præclara monita S. Francisci Salesii de Missa quotidie audienda. — 7. Angeli supplent labores agricolæ audientis Missam. — 8. Alia similis historia 586

DISCURSUS X.

HONOR, ET MERITUM ILLORUM, QUI MISSIS INSERVIUNT, VARIIS DECLARATUR EXEMPLIS; UBI ETIAM VARII ADDUCUNTUR, QUI ERGA HUJUS SACRIFICII EXERCITIUM DEVOTI FUERUNT.

IDEA SERMONIS. — 1. Qui devote inserviunt sacris, magnum acquirunt honorem et meritum. Angeli sancti assistunt sacrificio Missæ et illi servienti se adjungunt. S. Thom. libenter serviebat sacris. Duo pulchra exempla. Primus S. Missæ minister fuit S. Stephanus. Thom. Morus libenter serviebat sacris. — 2. Enarrantur utilitates servientis Missæ. — 3. Minister Missæ ante omnes participat fructus illius. Quidam devote inserviens sacro, meruit illo servitio coronam martyrii. — 4. Defectu ministri B. Virgo in Missa respondit Sacerdoti celebranti. — 5. Pœnitentes a Confessariis admonendi sunt ut quotidie audiant sacrum. — 6. Ferdinandus Telavera maximis negotiis implicatus, quotidie celebrabat. Similiter S. Carolus Boromæus. — 7. Sancti et magni Reges quotidie plures audierunt Missas. — 8. Afferuntur alia exempla illorum qui magna devotione affecti fuerunt erga S. sacrificium Missæ . . . 590

DISCURSUS XI.

AD HONORANDUM HOC SACRIFICIUM POSTULATUR APPLICATIO MENTIS ET DEVOTIO INTERIOR ET EXTERIOR, SILENTIUM ITEM ET MENTIS RECOLLECTIO. UBI PARITER ILLI, QUI ERGA HOC SACRAMENTUM IRREVERENTES SUNT, PERSTRINGUNTUR

IDEA SERMONIS. — 1. In sacrificio Missæ cor est elevandum ad Dominum. — 2. Tota mentis applicatione assistendum Missæ sacrificio. Figura hujus ex veteri Testamento. — 3. Alia figura ejusdem significativa. SS. Mysterio Missæ ita assistere debemus, ac si purus essemus spiritus. Cum summo silentio et applicatione animi. — 4. Quænam congitanda et meditanda sint sub SS. Missæ sacrificio. — 5. Gentiles sub sacrificiis suis summum ab assistentibus exigebant silentium. Quanto magis tale silentium exigitur a Christianis tempore SS. Sacrificii Missæ. — 6. Continuatur materia de summo silentio servando in oblatione Missæ. — 7. Cur conveniendum sit in Ecclesia. Dum sacerdos dicit sursum corda, respondetur : Habemus ad Dominum. Ubi cavendum, ne mentiamur. Sub sacrificio Missæ nulla ratione confabulandum aut ridendum est. . . 593

DISCURSUS XII

IN CELEBRANTE MISSAM SINE DUBIO NECESSARIA EST CONSCIENTIÆ PURITAS, QUÆ EADEM MERITO ETIAM A CIRCUMSTANTIBUS EXIGITUR, UT MISSÆ FRUCTUM PARTICIPARE VALEANT.

IDEA SERMONIS. — 1. Summa conscientiæ puritas requiritur in celebrante Missam. Cur Sacerdos antequam consecret, lavet manus. — 2. Etiam audientes sacrum assistere debent cum puritate conscientiæ. Ad quod insinuandum ponitur in ingressu Ecclesiæ vas aquæ benedictæ. — 3. Antequam ad altare accedamus, omne peccati venenum deponendum est. Missæ sacrificium est vera effigies et repræsentatio cruenti sacrificii crucis, quod serio considerandum est. — 4. Quare Ecclesia præceperit diebus festivis et Dominicis audiendum sacrum et abstinendum ab operibus servilibus. Cum tantus sit fructus in sacrificio Missæ audiendo, cur non præcepit Ecclesia ut in dies audiatur. Cur tantum semel in anno præcepta sit S. Communio. — 5. Missæ assistendum pura conscientia et sancta intentione. Cur requiratur sanctitas in ingredientibus templum multo magis in accedentibus ad altare. — 6. Omnia quæ circa Sacramentum altaris sunt, debent esse sancta et sacrata. — 7. Ex ritibus et cæremoniis quibus olim sacrificia offerebantur colligitur quid de sacrificio Missæ sit sentiendum. Sacrificium Missæ per antonomasiam vocatur opus Dei. — 8. Sacrificium Missæ purificat animas nostras ab omnibus sordibus et maculis. Quamvis Christus, primarius offerens, purus sit ab omni macula, talis tamen etiam debet esse sacerdos, tanquam instrumentum Christi. Salutare monitum S. Caroli Borromæi pro audituris Missam. . . 596

DISCURSUS XIII.

DE MODESTIA, ET REVERENTIA MISSÆ SACRIFICIO DEBITA; UBI ETIAM HI, QUI ERGA SACRUM ALTARE, DUM IN EO MISSA CELEBRATUR, IRREVERENTER SE HABENT, REPREHENDUNTUR; VARIAQUE RECENSENTUR SUPPLICIA ILLORUM, QUI MISSAM CONTEMPTUI HABENT, VEL AUDIRE NEGLIGUNT.

IDEA SERMONIS. — 1. Non solum in sacrificante, sed etiam auscultante maxima exigitur veneratio erga tremendum hoc mysterium. Allusio inter sacrificium Eliæ et sacrificium Missæ. Alia allusio ad devotionem et reverentiam gentilium erga sua delubra. Multo major veneratio debetur nostris templis et altaribus. Imitari debemus in hac veneratione Cherubim et Seraphim. S. Elisabeth cum maxima veneratione audiebat Missam. Taxatur vanitas mulierum in Ecclesia. — 2. Theodosius Junior ineffabili veneratione prosequebatur templa et sacra altaria. Invectiva in illos, qui in templo sunt garruli et insolentes. Et carnalia petractant. — 3. Qui hoc faciunt, similes sunt Hebræis, qui Christum in cruce deridebant. Quando sacrilegus rex Balthasar senserit iræ divinæ fulmina. Propter peccata, quæ committuntur in contemptum altaris, Deus est inexorabilis. — 4. Afferuntur variæ historiæ, quomodo puniti fuerint diversi, S. Missam contemptui habentes. — 5-7. Alia exempla . . . . . Pag. 600

DISCURSUS XIV.

TÆDIUM ET NAUSEA ILLORUM, QUI MISSAS AUSCULTARE FASTIDIUNT, REPREHENDITUR, SIMULQUE DECLARATUR, QUOD LICET MISSA A MALO SACERDOTE CELEBRETUR, EJUS TAMEN VALOR INTEGER PERMANEAT.

IDEA SERMONIS. — 1. Hebræi nauseaverunt esum mannæ multi Christiani panem Eucharisticum, cujus illud figura fuit. — 2. Cum SS. Missæ sacrificium sit quotidianum, illud audire negligimus. Pulchra similitudine perstringitur talis negligentia. — 3. Multi conqueruntur de prolixitate Missarum, quæ tamen olim fuerunt multo prolixiores. — 4. Aliqui fastidiunt audire sacrum quod legitur a sacerdote criminoso et scandaloso. — 5. Durante sacrificio Missæ Deus sacerdotem immundum purificat, qui Missa absoluta, easdem contrahit sordes. — 6. Aliud simile exemplum. Malus sacerdos nihil officit valori Missæ sacrificii. — 7. Miserabilis visio S. Theresiæ circa pravum Sacerdotem, Missam celebrantem . . 604

DISCURSUS XV.

DE MYSTERIIS, PROPTER QUÆ SACRIFICIUM HOC INCRUENTUM MISSÆ NOMINE SIC APPELLATUM.

IDEA SERMONIS. — 1. Cur hoc sacrificium vocetur Missa. — 2. Unde hoc nomen *missa* sumpserit originem. — 3. Sacrificium Missæ repræsentat oblationem Christi in ara Crucis. — 4. Alia derivatio verbi *Missa*. — 5. Hoc verbum ab initio Ecclesiæ fuit in usu.— 6. Alia ratio hujus verbi. — 7. Missa etiam dicitur a mittendo. —8. Alia ratio hujus verbi 607

TRACTATUS SECUNDUS

DE EUCHARISTIA ET COMMUNIONE

DISCURSUS I

EUCHARISTIA AD ECCLESIÆ FULCIMENTUM, AD MULTIPLICANDAM, ET STABILIENDAM POPULORUM FIDEM, CONTRA HÆRESIM INSTITUTA FUIT.

IDEA SERMONIS. — 1. Benedictio Isaac figuravit S. Eucharistiam. Hæc est fundamentum Ecclesiæ.— 2. Per illam viget et viret Christiana religio. — 3. Per S. Eucharistiam firmatur mundus. Est panis nos confirmans. Est baculus cui innitimur. — 4. Hoc Sacramento deficiente vacillaret Ecclesia. — 5. Cœlum et terra concertarunt utri deberetur possessio Corporis Christi.— 6. Per Eucharistiam multiplicantur fideles in Ecclesia.—7. Ingeniosa ratio hujus multiplicationis eruitur ex speciebus Eucharistiæ. Eucharistia sanctificat omnia alia Sacramenta. — 8. Hoc Sacramento sublato, merus esset error et infidelitas in Ecclesia. — 9. Hoc Sacramentum institutum est ad destruendas hæreses. 10. Præclarum exemplum Francisci I Regis Franciæ 610

DISCURSUS II.

SACRAMENTUM HOC VITAM DONAT MUNDO PER GRATIÆ COLLATIONEM, JUSTITIÆ DIVINÆ NOSTRIS IRRITATÆ PECCATIS RETRAHIT FULMINA, NOSQUE IN DEI TIMORE FUNDAT.

IDEA SERMONIS. — 1. Christus nobis datus est non solum in pretium, sed etiam in cibum. — 2. Mors dominabatur in mundo, donec per hunc cibum daretur remedium vitæ. Per hoc Sacramentum reparavit Deus ruinam pomi vetiti. — 3. Ante institutionem hujus sacramenti, erat fames in universa terra. — 4. Applicatur huic sacramento prandium, quod Habacuc tulit famelico Danieli. — 5. In hoc S. sacramento continetur vita gratiæ. — 6. Hoc sacramentum est causa vitæ nostræ. — 7. Ex hoc sacramento accipimus salutem corporis et animæ. — 8. Quomodo hoc sacramentum det vitam mundo. — 9. Et confortet fideles in fide. Specialiter SS. Martyres ad subeunda tormenta 613

DISCURSUS III.

QUARE EUCHARISTIA PER MODUM CIBI, SUBQUE SPECIEBUS PANIS INSTITUTA FUERIT.

IDEA SERMONIS. — 1. Cur Christus hoc sacramentum instituerit per modum cibi et potus. — 2. Per esum ligni vetiti intravit mors. Per esum hujus panis intrat vita. Animæ æque necessarius est cibus, ac corpori, ille autem est Eucharistia. — 3. Notanter hic cibus datus est sub speciebus panis. Hunc panem petimus in oratione dominica et notanter dicitur, panis noster. — 4. Christus huic sacramento assignavit panem qui est cibus omnibus communis. — 5. S. Euchar. est nutrimentum vitæ. — 6. Manducare panem, in Script. S. idem est, ac laute epulari. —

7. S. Euchar. est panis uniens fideles. — 8. Panis naturalis restaurat in corpore, quicquid calor naturalis consumpsit. Sic S. Euch. restaurat quicquid animæ deperiit per delectationes carnales. — 9. Panis conficitur ex tribus : sic et Euchar. constat ex tribus. — 10. Nemo afficitur tædio ex gustu panis : sic, etc. — 11. S. Euch. proprium est, animam vivificare. — 12. Pessimum signum est, nausea hujus panis. 617

DISCURSUS IV.

PROSECUTIO EJUSDEM MATERIÆ ; ITEM QUARE SANGUIS SUB SPECIEBUS VINI SUMATUR.

IDEA SERMONIS. — 1. Panis Euch. debet esse triticeus. Christus est granum frumenti. Rationes, cur materia Euchar. debeat esse panis et quidem triticeus. — 3. Wenceslas Rex propriis manibus seminavit, coluit et messuit triticum ad conficiendam S. Eucharist. — 4. Christus comparatur grano frumenti. — 5. Et adipi frumenti.— 6. Sacra Euch. miraculose convertitur in aristas triticeas. — 7. Panis triticeus eligitur ad conficiendum hoc sacramentum, eo quod sit optimus. Differentia inter panem arctum et uberrimum. Frumentum et vinum in hoc sacramento conjunguntur. — Vinum Eucharisticum cum jubilo est sumendum. Oblectat et inebriat, animos fidelium. Hoc patet in SS. Martyribus. — 11. Christus botrus calcatus fuit in passione 620

DISCURSUS V.

DE UNIONE NOS INTER, ET CHRISTUM, IN COMMUNIONE SACRA QUÆ NON SICUT CÆTERI CIBI CONVERTITUR IN NOS SED NOS POTIUS CONVERTIT IN SE.

IDEA SERMONIS. — 1. Per S. Communionem incorporamur Christo. — 2. Per S. Communionem vivimus vita Christi, ut perfecti simus, sicut Pater cœlestis perfectus est. — 3. Cur S. Euch. vocatur communio. — 4. Supremus actus liberalitatis Dei in nos, est S. Eucharist. — 5. Quid per hoc significetur, quod Christus in horto dicatur ab Apostolis fuisse avulsus. — Per Communionem inserimur Christo. — 6. Quare Christus in testamento suo non fecerit mentionem corporis sui. — Quia illud jam dederat fidelibus in cibum. — 7. Si Moyses ex sermone cum Deo habito similis illi factus est, quanto magis digne communicantes.— 8. Qui digne manducat hunc cibum transformatur in Christum. Contra communis cibi ordinem, qui transformatur in manducantem . 623

DISCURSUS VI.

SUB ALLUSIONE CIBI DOCETUR, EUCHARISTIAM SPIRITU POTIUS QUAM DENTE SUMENDAM ET AB ALIIS SECERNENDAM CIBIS, QUÆ NOBIS JUXTA DISPOSITIONIS NOSTRÆ PROPORTIONEM EFFICITUR UTILIS.

IDEA SERMONIS. — 1. Bona conscientia sumendus est cibus Eucharisticus. — 2. Cibus hic non est accipiendus sicut cibus communis. Secundum nostram dispositionem, est fructus hujus sacramenti. — 3. Anima nostra debet dilatari, ut impleatur hoc cibo. Qui spiritualiter est manducandus. — 4 Cui palato dulcis sit cibus Eucharisticus. Ratio cur Magdalena in domo Simonis repente facta sit Sancta et ille e contra a Christo fuerit taxatus. —5. Non otiosis, sed bene operantibus prodest hic cibus. Quinam juste accedunt ad S. Communionem. —6. Christus per S. Communionem in nobis non hospitatur, sed habitat. Unde scire possimus, an Christus in nobis maneat. — 7. Per S. Communionem efficimur consanguinei Christi. 626

DISCURSUS VII

PER VARIA SANCTORUM PATRUM TESTIMONIA FUSIUS PROBATUR, QUOD VERBUM DIVINUM, NOS IN COMMUNIONE SACRA SUÆ REDDAT PARTICIPES DIVINITATIS

IDEA SERMONIS.— 1. Patriarcha Jacob prævidit in Ecclesia instituendum Eucharisticum panem. — 2. Carbo ignitus Seraphini præfiguravit hoc sacramentum. — 3. Serpens decepit nos promissione divinitatis. Christus autem in S. Eucharistia illam nobis vere confert. Sumpta Eucharistia vere Deum portamus in corpore nostro. Et possumus cum B. Virg. vocari Christiferi. — 4. Ut stricte participes fierimus divinitatis, hoc sacramentum institutum est. Per illud enim homo efficitur quasi Deus. — 5. Ante institutionem hujus sacramenti, rarissimi fuerunt extases et revelationes divinæ. — 6. Sacramentum altaris est extensio Incarnationis Christi. Per illud ditamur thesauris gratiæ. Si tamen nos ad illud debite præparamus. — 7. Digne communicantes fiunt Deiformes. . 630

DISCURSUS VIII.

DE OMNIUM BONORUM BENEFICENTIA ET DE DIVINA HOC IN SACRAMENTO MAGNIFICENTIA.

IDEA SERMONIS. — 1. Sacramentum Euchar. est epilogus omnipotentiæ et beneficentiæ Christi. Inebriat terram carnis nostræ infusione Spiritus Sancti. — 2. Est fluvius paradisi irrigans nos charismatibus. cœlestibus gratiarum. — 3. Continuatio ejusdem argumenti. — 4. — S. Eucharistia continet omnium bonorum abundantiam. — 5. Licet Eucharistia solum vocetur panis, est tamen lautissimum titulum. — 7. Continet omnem gratiam et sanctitatem. Vox consecrationis est in magnificentia. In hoc sacramento Christus, quasi se depauperavit, dando nobis omnia quæ habuit. — 7. Continuatio ejusdem materiæ. — 9. Agnus paschalis fuit hujus sacramenti figura. Continetur in eo omne bonum. 633

DISCURSUS IX.

EUCHARISTIAM GLORIÆ PIGNUS ESSE PROBATUR.

IDEA SERMONIS. — 1. S. Eucharistia confert nobis, etiam in præsenti, vitam beatam et æternam. Est indubitatum pignus æternæ felicitatis. — 2. Nutrimur per illam vitam permanentem. Restaurantur per illam ruinæ Angelorum. Cur in pane et vino instituta. — 3. Mensæ tabernaculi duæ impositæ coronæ quid significent. Sacerdos S. Communionem porrigens, dat illam in pignus vitæ æternæ. S. Eucharistia viam facilitat ad cœlum. Ideo datur moribundis. — 4. Hoc sacramentum dicitur testamentum. Serapion senior, per hoc sacramentum moribundus, recipit loquelam et usum sensuum. — 5. Multiplices fructus ejus recensentur. Vocatur osculum. — 6. Alusio inter Christi ascensionem et S. Euchar. — 7. Continet dulcedinem divinam. Cur aqua misceatur vino in calice. S. Eucharistia expellit a nobis amaritudinem mortis. — 9. Est pascua electorum. Ipsius virtute resurgent corpora nostra cum dotibus gloriosis. Mortui Elisæi ossibus tactus reviviscit. Hoc multo præstantius præstat S. Eucharistia fidelibus.

DISCURSUS X.

ALIOS INTER EFFECTUS, SACRAMENTUM HOC AFFCTUM IMPRIMIT BONORUM CŒLESTIUM, TERRESTRIUMQUE NAUSEAM, QUÆ FIDELIUM IMPEDIUNT PROFECTUM.

IDEA SERMONIS. -- 1. Ad Corpus Christi congregantur fideles velut aquilæ. — 2. Reliquit nobis Christus suum SS. corpus et sang. ut per illius usum discamus tendere ad superna et spiritualia. — 3. S. communio digne sumentibus causat nauseam rerum terrenarum. Exemplum B. Aloysii. — 4. S. Eucharistiæ nuda figura fecit Abrahamum contemnere terrena. — 5. Qualiter agnus paschalis fuerit figura Eucharistiæ. — 6. Primus qui nauseabat cœnam magnam erat qui emerat villam. Eucharistia digne sumpta, fastidire facit omnia mundana. Animæ fideles sumpta Eucharistia ab aquila Christo, provocantur ad volandum. — 7. S. Communio optimum remedium contra elationem animi. – S. Eucharistia requirit stomachum vacuum a terrenis. Ad cœnam magnam soli admittuntur pauperes terrena aspernantes. Religiosi voluntarie pauperes sunt aquilæ volantes ad sublimia dum communicantur . . 640

DISCURSUS XI.

DE SPIRITUALIBUS MENSÆ EUCHARISTICÆ SUAVITATIBUS, QUAS TAMEN NON PARTICIPANT OMNES ; CUJUS DIFFERENTIÆ, VARIÆ ASSIGNANTUR RATIONES.

IDEA SERMONIS. — 1. In S. Eucharistia continetur summa spiritualis dulcedo. — 2. Tanta est ut explicari nequeat. Hanc in sumptione sacri sanguinis expertus fuit S. Phil. Ner. — 3. Isaias nos invitat ad gustandas delicias hujus cœlestis panis. Commendat eumdem cibum Salomon. — 4. Quid intelligatur per ubera sponsæ, meliora vino. S. Euch. præfigurata per mel, inventum in ore leonis. — 5. Quomodo sit adipe frumenti. Est convivium pinguium. Dulcedinem ejus singulariter expertus fuit S. Phil. Nerius. Et L. Brund. Capuc. Similiter S. Maria Magdalena de Pazzis. B. Angela de Fulginio. Adstruitur eadem dulcedo variis Doctorum et Patrum sententiis. — Alia exempla. — 8. Rup. abb. character sacerdotalis impressus divinitus ex quo summam percepit suavitatem. — 9. Ratio cur omnes, in sacra Comm. eamdem non percipiant suavitatem. S. Communionem præcedat myrrha mortificationis. . . . 644

DISCURSUS XII

DE VARIIS SACRAMENTUM HOC INTER ET MEL ALLUSIONIBUS DISSERITUR.

IDEA SERMONIS. — 1. Aqua ex petra elicita vocatur mel ejusque analogia cum sacram. Euch. — 2. Favum mellis est symbolum S. Euch. — 3. Sicuti etiam margaritæ. — 4. Compositio mellis est inconceptibilis et ineffabilis. — 5. Apes dicuntur virgines et hoc sacr. ex virginis carne desumptum est. — 6. Mel desumitur ex floribus : Verbum incarnatum nominatur flos. — 7. Substantia florum in mel conversa utilis fit et suavis. — 8. Mel continet virtutem innumerabilium florum, sic etiam S. Euch. — 9. Mel deservit pro medicamentis. Et hoc sacr. est divina medicina. — 10. Apes colligunt rorem ante solis ortum.— 11. Mel sapidius est palato ante amaricato : Christus non gustavit mel, nisi post fel. Sic communioni præmittenda memoria passionis Christi. -- 12. Mel repertum in ore leonis præfiguravit S. Euch. Ænigma Samsonis de melle isto. — 13. Aliæ applicationes mellis ad S. Euch. — 14. Mel est nocivum stomacho male disposito. Sic et S. communio indigne communicantibus 648

DISCURSUS XIII

DE MULTIS INTER MANNA, ET EUCHARISTIAM INTERVENIENTIBUS ANALOGIIS

IDEA SERMONIS. — 1. Insignes analogiæ inter Manna et S. Euch. ex S. Bon. — 2. Quid signetur per saporem oleatum mannæ. Quare dicatur minutum. — 4. Cur pilo tusum. — 5. Cur simile pruinæ. — 6. Num. XXI, 1, Judæi illud nauseabant tanquam cibum levissimum. Insignis hujus applicatio ad S. Euchar. — 7. Manna descendebat in obscuritate noctis.— 8. Reddebat Hebræos sanos et robustos. — 9. Manna solum in deserto pluit. — 10. Ex manna nullus colligebat plusquam alius. — 11.Viso manna, mirabantur Judæi Hoc ipsum faciat communicans in S. Commun. — 12. Cur nausearint Hebræi manna. Et Christiani sacram communionem. — 13. Manna non acceperunt Judæi nisi trajecto mari rubro. Christiani communicaturi meditentur passionem Christi. — 14. Et præparent se ad pugnam contra diabolum 651

DISCURSUS XIV.

SACRAMENTUM HOC FOMITEM MITIGANDI CONCUPISCENTIÆ, ET ARDORES JUVENILES AD CARNALIA EXCITANTES REFRIGERANDI VIRTUTE POLLET.

IDEA SERMONIS. — 1. Inter omnia dona Dei Eucharistia principem obtinet locum. S. Eucharist. reprimit fomitem concupiscentiæ. — 2. Et potenter fovet castitatem. — 3. Quid intelligatur per frumentum electorum. — 4. S. Communio nos eximit a stimulis carnis. — 5. Color albus Mannæ, designat pudicitiam. — 6. S. Eucharist. mitigat ardorem concupiscentiæ. — 7. Quod provenit ex purissimo et virgineo corpore Christi. — 8. Quod tanquam virgineus nos refrigerat ardores concupiscentiæ. — 9. Corpus Christi est purissima margarita. — 10. S. Euchar. est fons gratiarum. — 11. Convivium Assueri est symbolum S. Eucharistiæ 655

DISCURSUS XV.

SACRA COMMUNIO CARNALIA REFRÆNAT INCENTIVA, QUA A LAPSU ULTERIORI NOS PRÆSERVANDO, QUA AD EMENDATIONEM PERDUCENDO.

IDEA SERMONIS. – 1. Quomodo vinum Eucharisticum germinet virgines. — 2. Exemplum hujus S. M.

Magdal. de Pazzi. — 3. Christus in S. Euchar. est lilium. Pulchra hujus ratio. — 4. Ager Ecclesiæ fœcundatur virginibus per hoc SS. Sacramentum. Pulchrum exemplum cujusdam Indæ. — 5. Elias mortem evasit, confortatus pane subcinericio, figura Eucharistiæ. — 6. Facile superatur luxuria, si vino Euchar. inebriemur. — 7. Caro nostra infirma sana tur, si fimbriam Christi in hoc sacramento tangimus. Exemplum S. M. Magdalenæ. — 8. Et mulieris sanguinis fluxum patientis. — 9. David ad solam recordationem S. Eucharist. se a peccato immunditiei liberandum sperat. — 10. Corinthii per usum Euch. mutati fuerunt in continentes. — 11. Filius prodigus, recordatus panis paternæ domus, deseruit vitium luxuriæ — 12. Ecclesia jure vocatur virgo propter hoc sacramentum. Vinum naturale inebriat, hoc vero sobrios facit . . . . . Pag. 658

DISCURSUS XVI.

CORPUS CHRISTI, DUMMODO NOS DISPOSITOS INVENIAT, VIRTUTEM NOBIS COMMUNICAT CASTITATIS.

IDEA SERMONIS. — 1. Per craterem tornatilem intelligitur sanguis; per acervum tritici, corpus Christi. — 2. Quid significet acervus tritici vallatus liliis. — 3. Componit mores ad honestatem S. Eucha. S. Joannes lilium puritatis, requievit super pectus Jesu. Mysterium, cur superliminaria tingenda sanguine Agni explicatur. — 4. Per panem subcinericium Gedeonis, signatur S. Euchar. — 5. Massa ficuum designat Corpus Christi. — 6. Christus nobis in S. Eucharistia confert suam munditiam. — 7. Pulchrum exemplum ad hanc rem faciens. — 8. Vitium carnis pani Angelorum plane est contrarium. Unde processerit fames filii prodigi. — 9. Cur Jesus solus remanserit cum muliere adultera. — 10. Opus est sedula præparatione ut S. Eucharistia habeat in nobis suos effectus. Exerce te in castitate. Cur Agnus paschalis fuerit assus et non coctus. — 11. Cur comestus cum lactucis agrestibus. — 12. Multiplicatus panis in deserto, figurabat S. Eucharistiam. — 13. Christus corpus suum mortuum honesta voluit honorari sepultura. Et per quales ministros . . 662

DISCURSUS XVII.

PANIS EUCHARISTICUS NOS CORROBORANDI VIM HABET, NE CADAMUS, ET UT IN BONO PERSEVEREMUS.

IDEA SERMONIS. — 1. Panis Eucharisticus confirmat cor hominis, ad malum vitandum. — 2. Quid designet agnus comestus cum baculis in manibus. Eucharistia est baculus, cui secure inniti possumus. — 3. Notabilia historia applicata S. Sacramento Eucharistiæ. — 4. S. Eucharistia stabilit nos et confortat in bono. — 5. Facit etiam nos perseverare in bono. — 6. S. Theresia ex eo confortata fuit ad aggrediendum ardua. — 7. Multi in via Dei deficiunt, defectu hujus divini cibi. Caveant fideles, ne pudor illos ab hac mensa retrahat. — 8. Multiplices fructus digne communicantium. — 9. Continuatio eorumdem fructuum 665

DISCURSUS XVIII.

AGNUS SACRAMENTALIS ANIMAS AD SE ACCEDENTES MUNDAT A PECCATIS, ET PURIFICAT.

IDEA SERMONIS. — 1. Tollit hoc SS. Sacramentum peccata. — 2. Panis Eucharisticus expurgat sensus, a quibus oritur peccatum. Vana motiva ob quæ aliqui se a S. Communione subtrahunt. — 3. Refellitur ratio, qua dicunt, se esse indignos. S. Communio est fortis armatura. — 4. Quod per S. Eucharistiam dimittantur peccata, patet ex oratione Dominicali. — 5. In S. Communione magnus suscipitur Dominus, qui delet culpas et ornat animas. — 6. Continuatio ejusdem materiæ. 669

DISCURSUS XIX.

SACRAMENTUM HOC, UTPOTE UNITATIS, ET PACIS SYMBOLUM, DISCORDES, ET VINDICTAM MEDITANTES REJICIT, ET MANSUETUDINEM IN ACCEDENTE REQUIRIT.

IDEA SERMONIS. — 1. S. Eucharistia est Sacramentum pacis, et unitatis, designatum per olivam. — 2. Manna, figura hujus S. Sacramenti, cecidit extra castra, et quæ hujus ratio. Nempe, quod sit symbolum pacis. Sic et in sumente S. Eucharistiam exulare debent omnes dissensiones et bella. — 3. Est enim Sacramentum amoris et unionis. Cur Christo, de hoc sacramento agente, litigarint Judæi — 4. Quomodo convivium, quod Joseph instituit fratribus suis, fuerit figura hujus S. Sacramenti. — 5. Cur verba Centurionis præmittantur in distributione hujus sacramenti. — 6. Flammæ iracundiæ extinguuntur ante S. Communionem. — 7. Insigne hujus exemplum in reconciliatione duorum inimicorum. — 8. Reconciliatio cum hoste ad hoc sacramentum est necessaria. — 9 In figuram hujus altare constituendum erat ex lapidibus quos ferrum non tetigerat. Quid significet animam pro fratribus ponere. 672

DISCURSUS XX.

EUCHARISTIA OPTIMUM EST ADVERSUS OMNES TENTATIONIS, ET DÆMONIS VIRES ANTIDOTUM.

IDEA SERMONIS. — 1. Hoc SS. Sacr. nos confortat in pugna contra dæmones et tentationes. — 2. Est fortissimum propugnaculum Ecclesiæ. — 3. Lapis Christus convertitur nobis in panem confortantem. Judæi comesti Manna, pugnaverunt contra Amalec. — 4. Quomodo Moyses contra illos pugnaverit. Eodem modo pugnant contra dæmonem Fideles coram venerabili Sacramento. — 5. Sumpta SS. Euch. Deus pugnat pro nobis. — 6. Viso sanguine agni in postibus domorum, transibat Angelus percutiens. Sic et transibit nos malus angelus videns labia nostra tincta sanguine Chr. — 7. Contra primum toxicum infernalis serpentis, antidotum est corpus Christi in Euch. — 8. Qui sumpsit manna absconditum Eucharistiam non timeat tentationes dæmonis. Probatur insigni historia. 676

DISCURSUS XXI.

PROSECUTIO EJUSDEM MATERIÆ.

IDEA SERMONIS. — 1. Per convivium ab Isaia descriptum, intelligitur epulum Eucharisticum. — 2. Quod vocatur convivium pinguium. Per illius institutionem superatus est diabolus et sublatus fuit illius cultus. — 3. Sumpta S. Euch. fideles animose certant contra diabolum. — 4. Diabolus timuit ne virtute S. Euch. Judas resipiscat. — 5. Mysticus sanguis Christi, diabolum procul pellit. — 6. Cur Christus distulerit institutionem SS. Sacramenti usque ad ultimam cœnam. — 7. Job, virtute hujus Sacramenti, quod a longe prospexit, vicit diabolum. Quanto magis illud reipsa sumentes. — 8. Suadetur frequens Communio. Mirabilis industria aviculæ in pugna contra serpentem. — 9. Diabolus atrocius impugnat accessuros ad S. Communionem. Dæmones comparente S. Euch. fugiunt . . . . . Pag. 679

DISCURSUS XXII.

SACRAMENTUM ALTARIS IN BELLIS NOS A VISIBILIBUS PROTEGIT HOSTIBUS, VICTORESQUE EFFICIT.

IDEA SERMONIS. — 1. S. Hostia nos defendit contra hostes visibiles. — 2. Quod præfiguratum fuit in Manna, Arcæ incluso. Panis subcinericeus Gedeonis, designat S. Euch. Quæ est simul panis et gladius. Exemplum S. Claræ. — 3. Elisæus Regi Israel signum victoriæ contra Syros dedit ubertatem frumenti. — 4. Duæ insignes historiæ, ad intentum applicabiles. Numa Pompilius credidit hostes sacrificio vincendos. — 5. Continuatio ejusdem materiæ. — 6. S. Communione muniti, feliciter pugnant contra hostes. — 7. Per collum Sponsæ designata fuit S. Eucharistia. Ægesippus de excidio. — 8. Christiani ante prælium se muniant S. Euchar. ut vincant. — 9. Et vitæ emendationem firmiter statuant, alias potius oberit, quam proderit. Præclara historia obtentæ taliter victoriæ 683

DISCURSUS XXIII.

DE VARIIS EUCHARISTIÆ FRUCTIBUS, PRÆSERTIM AUTEM DE ILLA QUAM NOBIS CONFERT, INDULGENTIA, ET PROPITIATIONE DEI.

IDEA SERMONIS. — 1. S. Eucharist. est propitiatoria. — 2. Christus, quocumque intravit, suam benedictionem et dona impertivit. In Cœnaculo Sion se totum nobis in cibum reliquit. — 3. Stupendi fructus et effectus SS. Eucharistiæ in nobis. Specialiter fructus Spiritus a S. Paulo enumerati, qui sunt : Charitas, Gaudium, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Mansuetudo, Fides, Modestia. Continentia et Castitas. — 4. Digne communicantes, efficaciter adoptantur in filios Dei. — 5. Communio etiam sustentat corpus. — 6. Subministrat vires ad progrediendum in servitio Dei. — 7. Designata fuit per panes propositionis. Angelus percutiens transit S. Communione refectos. — 8. S. Euch. est opus Dei. Patet in holocausto, quod obtulit David. — 9. Oblato sacrificio Eucharistico Deus misericordiam suam continere non potest. 686

DISCURSUS XXIV.

COMMUNIO SACRA LUMEN, SCIENTIAM ET DEI, MYSTERIORUMQUE DIVINORUM INFUNDIT COGNITIONEM.

IDEA SERMONIS. — 1. Communio illuminat mentem. — 2. An panis quem fregit Christus in Emmaus, fuerit Eucharisticus. Tenetur quod talis fuerit. Illuminavit binos illos Discipulos. — 3. Quo propius ad Deum accedimus, eo clarius illum cognoscimus. Patet in Samaritana. Et Discipulis Emmaunticis. — 4. Per S. Communionem etiam alias simplices, accipiunt divinas illustrationes. Cur Christus, puella resuscitata, curaverit dari cibum et non aliis resuscitatis. — 5. Quid significet lutum, quo Christus illuminavit cæcum natum. Mel, quod gustavit Jonathas figuravit S. Eucharist. Cur ad cœnam magnam etiam invitati fuerint cæci. — 6. Ex hoc Sacramento hauritur sapientia et intellectus. — 7. Judæi ad esum Mannæ, cognoverunt Deum. Sic nos sumendo S. Eucharist. accipimus panem intellectus. Patet in conversione S. Pauli. — 8. Christus in S. Euch. est cibus et Doctor. — 9. Necessarium tamen est, ut accedamus bene dispositi, ut illuminemur 690

DISCURSUS XXV.

SACRAMENTI FRUCTUS NOSTRÆ CORRESPONDET DISPOSITIONI, ILLIUSQUÉ PRÆ RELIQUIS PARTICIPES FIUNT MAGIS FAMELICI.

IDEA SERMONIS. — 1. Cum magna devotione et bona dispositione accedendum est ad S. Communionem, ut percipiamus ejus fructus. — 2 Esurientes replentur ejus fructibus. — 3. Agnus non debebat comedi crudus, sed assus igne, sic et communicans ardeat igne charitatis. Pro cujus mensura, percipit fructus ejus. Explicatur similitudinibus. — 4. Quibusnam fructus Eucharistiæ sit dulcis. — 5. Cur jejune accedendum sit ad hoc sacramentum. — 6. S. Communio in animabus a Deo illuminatis, miros producit effectus. In male dispositis, plane contrarios. Patet exemplo Judæ et aliorum Apostolorum. — 7. Fimbria vestis Christi designat S. Eucharistiam. Quinam vero illam premant et magis infirmantur. — 8. Quid Christo retribuere debeamus, ut digne accedamus. — 9. Quo quis bonis terrenis magis est vacuus, eo magis saturatur ex hoc sacramento 694

DISCURSUS XXVI.

ATTENTA CONSIDERATIO EUCHARISTIÆ SUMENDÆ PRÆMITTENDA EST.

IDEA SERMONIS. — 1. Opus est seria applicatione et præparatione accedentibus ad hoc sacramentum. — 2. Qui S. Communionem sumant crudam. Christus cum magna præmeditatione instituit S. Eucharistiam. — 3. Simus oves ruminantes hunc cibum. — 4. Cur vocetur panis intellectus. — 5. Vacandum sedulæ devotioni et considerationi, ante accessum ad Communionem. Præclarum hujus exemplum in matre Maximiliani Imp. — 6. Accedens ad Sacr. Eucharistiæ primo dicat Manhu. — 7. Prævia cœlestium mysteriorum meditatione, ad S. Communionem accedendum est. — 8. Corp. Christi in S. Communione masticare et incorporare debemus. — 9 Sedulo cogitandum, quid in S. Communione nobis præponatur. — 10. Insignis instructio B. Angelæ de Fulginio pro communicantibus 697

DISCURSUS XXVII.

EX RITIBUS, CÆREMONIIS ESUS AGNI PASCHALIS, VARIÆ ERUUNTUR MORALITATES AD DIGNUM HUJUS SACRAMENTI USUM.

IDEA SERMONIS. — 1. Agnus Paschalis cum omnib. circumstantiis, designavit Agnum Eucharisticum